Libri precationum
B. Mariae V.

Dies Sodalis Mariani
ab aurora in vesperum.

Calissii Typis Coll. S. J.
1676.

DIES SODALIS MARIANI

Ab

Aurora in Hesperum

à

Piis & generosis manibus & animis decurri solitus.

CALISSII,
Typis Collegii Societatis JESU.
Anno Domini 1676.

PIVM MANE
SODALIS
MARIANI.

DIgnissime DEVS, Te, ego misera & indignissima creatura tua, Deum meum summum bonum credo, amo. æstimo, adoro, glorifico, meq; in conspectu tuæ dignissimæ Majestatis, quantum possum, & tu donas abjicio. Gratias ago tibi pro beneficiis, hac potissimum nocte mihi concessis. et tibi ô Pretiosissima Virgo MARIA, Sancte Angele Custos, Sancti Patroni mei.

Reddo me iterum divinissimæ tuæ Bonitati, o Beata Trinitas, & commendo me tibi totum cum

corpore, & anima. Tibi quoq; Pretiosissima Parens Virgo MARIA, Sancte Angele Custos, Sancti Patroni.

Doleo quòd te summum bonũ offenderim, quem amo super omnia.

Firmiter statuo peccata omnia vitare, sed maximè hoc (*certum aliquod in quod passim relaberis pone*) simulq; spondeo cavere occasiones.

Tuam tantummodo mihi, ô DEUS, elargiri digneris gratiam, pro qua totâ mendicitatis meæ abysso, tibi supplico Deus dignissime. Quid enim sum sine te, nisi dux in nihil, quod est peccatum.

Quid sum mihi sine te ô IESU, nisi regio egestatis, terra sterilis, inopiæ & malitiæ ferax. O-

Omnes actiones meas diurnas, dicta & cogitata mea offero, in vnione Passionis & meritorum tuorum, offero ad majorem tuum ô Sacratissima Trinitas honorem & gloriam, gustum, & consolationem beatissimi cordis tui.

In honorem Beatissimæ Virginis Matris tuæ, in honorem S. Angeli Custodis, SS. Patronorum meorum.

In gratiarum actionem pro beneficiis mihi meisq; a te concessis.

In satisfactionem pro peccatis meis & meorum.

Ad impetrandas mihi meisq; necessarias gratias animæ & corpori utiles,

Volo Dignissime Deus, ab hoc tempore omnia facere, eo mo-

 tivo

tivo quo tu vis, & quia tu vis illa fieri & a te, a me propter omnium mandatórum tuorum impletionem, propter virtutum Theologicarum, & Moralium, Spiritualium, donorumq́; & fructuum Spiritus S in omni congruo mihi gradu assecutionem, exercitationem, incrementum, propter gratiæ tuæ in me confirmationem, propter totius mundi auxilium, propter omnium Sanctorum Angelorum, Pretiosissimæ Parentis, tuum ô IESV honorem ac imitationem, propter omnimodam tui gustus recreationem, tuæ dignitatis exaltationem, mei deniq́; universalem annihilationem.

Ad Beatissimam Virginem
MARIAM.

Pre-

vita, virtus, voluptas, gaudium, corona & amor Sanctorum omnium, cordis mei amor, vita, deſiderium, & omne bonum. Da ut amē &c.

Dulc: Ieſu, ut amemus te ſuaviter, fortiter, & prudenter. Te rogamus audi nos.

Dulc: Ieſu, ut in amore tuo ſimus fervidi, circumſpecti & invicti. Te rogamus audi nos.

Dulc: Ieſu, ut diligamus te non ſolùm linguâ, ſed opere & veritate. Te rogamus audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, per dilectionem tuam, parce nobis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, per amorem tuum, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mũdi, per nimiam charitatem tuam, miserere nobis.

OREMVS.

AMabilissime Domine Iesu Christe, qui non potes non amare, per violentiam dulcissimi amoris tui, compelle rebellem animam meam ad te amandum, ut tibi serviam, tibi placeã, te super omnia diligam, tua præcepta, tua consilia adimpleam, ut amori tuo immoriar, qui amore amoris mei dignatus es mori. Qui vivis & regnas amor meus cum Patre & Spiritu Sancto in amore sempiterno. amen.

Dulcissime Iesu amantium vita, & amoris victima, abyssus amorum, pulchritudinum & deli-

ciarum

ciarum omnium: cum Patre & Spiritu S. amo te, & amo super omnia. o quando erit illud? quando? ut videam, amem, laudem, adorem te in essentiali tua gloria: omnes beans. o quando erit illud quando?

SACRVM SODALIS MARIANI.

Et Intētio pro Sacro & Cōmunione

OFfero Tibi, Excellentissime Deus, hoc SS. Sacrificium, quod audire, & SS. Sacramentum, quod sumere intendo, ad maximam æternamq; divinæ Majestatis tuæ laudem, cultum, & consolationē beatissimi cordis tui, in commemorationem ac venerationem Incarnationis, passionis, mortis & Resur-

Resurrectionis & Ascensionis Domini nostri IESV Christi; ut recognoscam te supremum esse Dominum universorum, vitæ, ac mortis potestatem habentem, utque meam ac totius mundi abjectissimam, sub absolutum tuum dominium, subjectionem prosternam atq; subjiciam, in gratiarum actionem pro beneficiis tuis, N. mihi & aliis concessis; in satisfactionē pro peccatis meis, & aliorum.

Ad impetrandum hoc N. & alia tua beneficia offero; ut plenarium a Te Iubilæum, & quascunquè possum Indulgentias ex thesauro Ecclesiæ consequar; ut fomitem peccati sanguine Christi restinguam, & perfectam castitatem ab attactu purissimi Corporis illius

illius obtineam; ut fervore charitatis ab hoc igne consumente succendar; ut sortiar omnis Christiferæ Passionis effectus; ut Spiritum Christi imbibam, quo vivā cum illo, charitate, humilitate, castitate, zelo gloriæ Dei, cum quo Salvator meus dilectissimus vixit; ut a vanis, superbis, immundis, iracundis cogitationibus, & desideriis emunder, & sanctissimis adimplear; ut hoc emplastro vitiosos habitus animæ sanem; ut hac portione ab omni peccato mortali, & deliberato veniali præserver; ut solidam & constantē devotionem ad Beatissimam Virginem, & hoc Sanctissimum Sacramentum adipiscar; ut præservationem a peccatis mortalibus impe-

impetrem Sodalibus meis, istis NN; ut latissimam charitatem toti mundo exhibeam; præcipuè, ut agonizantibus felicē mortem, peccatoribus pœnitentiam, justis sanctitatis augmentum, afflictis consolationem, captivis redemptionem, pauperibus suaves tuæ providentiæ divitias, infidelibus conversionem, Ecclesiæ Pastoribus vigilantiam, & vitam exemplarem; omnibus autem operariis in vinea Domini felicem zelum conciliem; ut quàm plurimas animas è purgatorio liberem, omnibus verò pœnarum relevamen conficiam; ut omnibus amicis & inimicis meis, & quicunq; pro me orant, vel orationibus meis commendati esse volunt, aut debent,

bene-

beneficia maximè necessaria dones? ut felicem mortem ab absoluto vitæ & mortis Domino obtineam, habeamq; cæleste viaticum pro itinere æternitatis felicissimè assequendo, Amen.

Ad Beatissimam Virginem MARIAM.

O Mater pietatis & misericordiæ, Beatissima Virgo Maria, ego miser & indignus peccator ad te confugio corde & affectu, & precor tuam pietatem, ut sicut dulcissimo Filio tuo in Cruce pendenti adstitisti, & simul cum illo Sacrificium immaculatū Corporis & Sanguinis ejus, in mundi redemptionem Deo Patri obtulisti; ita & nobis omnibus hîc & in tota Ecclesia, huic Sacrificio hodie

die præſentibus, clementer aſſiſtere digneris. ut tuis adjuti precibus, dignam & acceptabilem Hoſtiam Summæ Trinitati offerre, & divinos ejus fructus percipere valeamus, Amen.

Facta intentione Sacri tempore, dic Officium Conceptionis vel his te occupa, quæ infra libellus hic habet, vel alia tibi placita pietate, quâ ſupplere, compenſare & impedire cura irreverentias, quas Christus in Sanctiſſimo Sacramento patitur à linguis vana obſcœnaque, tremendi Sacrificii tempore, loquentibus.

OFFI-

****✝****

OFFICIVM IMMACVLATÆ CONCEPTIONIS B. V. MARIÆ.

Vt habetur in horis quibusdam antiquis.

AD MATVTINVM.

Eja mea labia nunc annuntiate.

Laudes & præconia Virginis Beatæ.

Domina in adjutorium meum intende.

Me de manu hostium potenter defende.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Hymnus.

SAlve mundi Domina,
Cælorum Regina:
Salve Virgo Virginum,
Stella matutina.
Salve plena gratiâ,
Clara lux divina,
Mundi in auxilium,
Domina festina.
Ab æterno Dominus,
Te præordinavit,
Matrem unigeniti
VERBI, quo creavit
Terram, Pontum, Æthera,
Te pulchram ornavit
Sibi Sponsam, ut in qua
Adam non peccavit.

℣. Elegit eam Deus, & præelegit eã.
℟. In tabernaculo suo habitare fecit eam.

Domina exaudi orationẽ meam.
Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

SAncta MARIA Regina Cælorũ, Mater Domini noſtri IESU Chriſti, & mundi Domina, quæ nullũ derelinquis, & nullũ deſpicis: reſpice me Domina clemẽter oculo tuæ pietatis, & impetra mihi apud tuũ dilectum Filium cunctorum veniam peccatorum: ut qui nunc tuam ſanctam Conceptionem devoto affectu recolo, æternæ in futurũ beatitudinis bravium capiã, ipſo quẽ Virgo peperiſti donante Domino noſtro IESU Chriſto. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit & regnat in Trinitate perfecta Deus in ſæcula ſæculorum. A.

Domina exaudi orationem meã.
Et clamor meus ad te veniat.
Benedicamus Domino
Deo gratias.
Et Fideliũ Animæ per misericordiam Dei, requiescant in pace. A.

Ad Primam.

Domina in adjutorium &c.
Me de manu hostium &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

Salve Virgo sapiens,
Domus Deo grata,
Columna septemplici,
Mensaque exornata.
Ab omni contagio
Mundi præservata,
Ante sancta in utero
Parentis, quàm nata.

Tu Mater viventium,
Et porta es ſanctorum,
Nova ſtella Iacob,
Domina Angelorum.
Zabulo terribilis,
Acies caſtrorum,
Portus & refugium
Sis Chriſtianorum.
Ipſe creavit illam in Spiritu S.
Et effudit illam ſuper omnia opera ſua.
Domina exaudi orationem &c.
Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

Sancta MARIA &c. *ut ſupra.*

Ad Tertiam.

Domina in adjutorium meum &c
Me de manu hoſtium &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hy-

Hymnus.

Salve Arca fœderis,
Thronus Salomonis,
Arcus pulcher Ætheris,
Rubus visionis.
Virga frondens germinis,
Vellus Gedeonis,
Porta clausa Numinis,
Favusque Samsonis.
Decebat tam nobilem
Natum præcavere
Te ab originali
Labe Matris Evæ,
Almam, quam elegerat
Genitricem verè,
Nulli prorsus sinens
Culpæ subjacere.

Ego in altissimis habito:
Et Thronꝰ meꝰ in columna nubis
Domi-

Domina exaudi orationẽ meam.
Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

Sancta MARIA &c. *ut supra.*

Ad Sextam.

Domina in adjutorium &c.
Me de manu hostium &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

Salve ô Puerpera,
Templum Trinitatis,
Angelorum gaudium,
Cella puritatis.
Solamen mærentium,
Hortus voluptatis,
Palma patientiæ,
Cedrus castitatis.
Terra es benedicta,
Et sacerdotalis,

Sancta & immunis
Culpæ originalis.
Civitas Altissimi:
Porta orientalis,
In te est omnis gratia,
Virgo singularis.
Sicut lilium inter spinas
Sic amica mea inter filias Adæ.
Domina exaudi orationem &c.

Oratio.

Sancta MARIA &c. *ut supra.*

Ad Nonam.

Domina in adjutorium &c.
Me de manu hostium potenter defende. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

Salve urbs refugii,
Turrisque munita
David propugnaculis
Armisque insignita,

Tu in Conceptione,
Charitate ignita,
Infernalis poteſtas
Eſt à te contrita.
Eja mulier fortis,
Et invicta Iudith,
Pulchra Abiſai Virgo,
Verum fovens David.
Rachel procuratorem
Ægypti geſtavit,
Sed Salvatorem mundi
MARIA portavit.
Tota pulchra es amica mea
Et macula originalis non eſt in te
Domina exaudi orationem &c.
Et clamor meus ad te veniat.

Oratio, ùt ſupra.

Ad Veſperas.

Domina in adjutorium &c.
Gloria Patri, &c. *Hy-*

Hymnus.

Salve Horologium,
Quo retro trahatur
Sol in decem lineis,
VERBUM incarnatur.
Homo, ut ab inferis,
Ad ſumma tollatur,
Immenſis ab Angelis,
Paulò minoratur.
Solis hujus radiis
MARIA coruſcat.
Et conſurgens aurora,
In Conceptu micat.
Lilium inter ſpinas,
Quæ ſerpentis terat
Caput, pulchra ut luna,
Errantes colluſtrat.
Ego feci in cælis, ut oriretur lumen indeficiens.
Et ſicut nebula texi omnẽ terram.

Domina exaudi orationem &c.
Oratio, ut ſupra.
Ad Completorium.
Convertat nos Domina tuis precibus placatus IESVS Chriſtus Filius tuus.
Et divertat iram ſuam à nobis.
Domina in adjutorium meum&c
Me de manu hoſtiũ potenter defende.
Hymnus.
Salve Virgo nobilis,
Mater illibata,
Regina clementiæ,
Stellis coronata.
Supra omnes Angelos,
Pura immaculata,
Atque ad Regis dexteram
Stans veſte inaurata.

Per te Mater gratiæ,
Dulcis ſpes reorum,
Fulgens ſtella maris:
Portus naufragorum.
Patens cæli janua,
Salus infirmorum,
Videamus Triadem,
In aula Sanctorum. Amen.

Oleum effusũ MARIA nomen tuũ
Servi tui dilexerunt te nimis.
Domina exaudi orationem &c.

Oratio, ut ſupra.

COMMENDATIO.

Supplices offerimus
Tibi, Virgo pia,
Has horas canonicas:
Fac nos ut in via
Ducas curſu proſpero,
Et in agonia

B. V. Mariæ.

Præſens nobis aſſiſte,
O dulcis MARIA. Amen.
DEO gratias.

Sequens Antiphona à Paulo V. Pont. Max. approbata eſt: qui eandem una cum oratione de immaculata Virginis Conceptione recitantibus, centum dierum indulgentias conceſſit.

Antiph. Hæc eſt virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ unquam fuit.

In Conceptione tua, Virgo, immaculata fuiſti.

Ora pro nobis Patrem, cuius Filium peperiſti.

ORATIO.

DEUS qui per immaculatam Virginis Conceptionē, dignū

Filio tuo habitaculũ præparasti: quæsumus, ut sicut ex morte ejusdem Filii tui prævisa, eã ab omni labe præservasti: ita nos quoque mũdos ejus intercessiõe ad te pervenire concedas. Per eundẽ, &c.

Oratio Sodalitatis.

SAncta MARIA Mater DEI & Virgo, ego N. te hodie in Dominam, Patronam, & Advocatã eligo, firmiterq; statuo, ac propono, me nunquã te derelicturum, neq; contra te aliquid unquam dicturũ, aut facturum, neq; permissurum, ut à meis subditis aliquid contra tuum honorem unquam agatur. Obsecro te igitur, suscipe me in servũ perpetuũ, adsis mihi in actionibus meis omnibus, nec me deseras in hora mortis. Amen.

LITANIÆ

De Beatiſſima V. MARIA.

KYrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cælis DEVS, Miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, Miſerere.
Spiritus *Sancte* Deus, *M*iſerere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, Miſerere.
Sancta MARIA, Ora pro nobis.
Sancta DEI genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Mater Chriſti,
Mater divinæ gratiæ,
Mater puriſſima,
Mater caſtiſſima,
Mater inviolata,
Mater intemerata,
Mater amabilis,
Mater admirabilis,
Mater Creatoris,
Mater Salvatoris,

Ora pro nobis.

Virgo prudentiſſima,
Virgo veneranda,
Virgo prædicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,
Virgo fidelis,
Speculum juſtitiæ,
Sedes ſapientiæ,
Cauſa noſtræ lætitiæ,
Vas ſpirituale,
Vas honorabile,
Vas inſigne devotionis,
Roſa myſtica,
Turris Davidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Fœderis arca,
Ianua cæli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,
Conſolatrix afflictorum,
Auxilium Chriſtianorum,

Ora pro nobis. Ora pro nobis.

Regina

Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apostolorum,
Regina Martyrum,
Regina Confessorum,
Regina Virginum,
Regina Sanctorum omnium,
Regina Poloniæ,

Ora pro nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata &c. Exau.
Agnus Dei, &c. Miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison. *Ave Maria &c.*

Sub tuum præsidium confugimus sancta Dei Genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus: sed à periculis cunctis libera nos, semper Virgo gloriosa & benedicta.

Ora pro nobis Sancta DEI genitrix,
Vt digni efficiamur promissionib9 Christi.

OREMUS.

DEfende quæsumus Domine, Beatâ MARIA semper Virgine intercedēte, istam ab omni adversitate familiam, & toto corde tibi prostratam ab hostium propitius tuere clementer insidiis. Per Christum, &c.

Commendatio sui ipsius Beatæ V. MARIÆ.

O Domina mea Sancta MARIA, me in tuam benedictam fidem, ac singularem custodiam, & in sinum misericordiæ tuæ, hodie, & quotidie, & in hora exitus mei, animam meam, & corpus meum, tibi commendo: omnē spem, & consolationem meam, omnes angustias & miserias meas, vitam & finem vitæ meæ tibi committo: ut per tuam Sanctissimam intercessionem, & per tua merita, omnia mea dirigantur & disponantur opera, secundùm tuam tuiq; Filii voluntatem. A.

ORATIO
Ad Beatam V. Mariam.

IN manus tuas ô sanctissima Virgo MARIA,

RIA, ego indignus peccator, commendo corpus meum, & animam meam, sensus meos, & omnes actus meos, parentes, consanguineos, amicos, & benefactores meos, vivos & defunctos, & omnes mihi recommendatos, & quibus debitor sum. Miserere nostri clementissima Virgo MARIA Mater Domini nostri IESV Christi, inclina nunc pias aures tuas ad preces meas, & libera nos ab omni tribulatione, angustia, & omnibus nos affligentibus, ac calumniantibus. O pia Dei genitrix Virgo MARIA, ne permittas me ampliùs tentari, quàm mea fragilitas sustinere potest. O Domina gloriosissima Virgo MARIA, ne derelinquas me in tribulatione mea, ut non corruam in cõspectu adversariorum meorum, ne de me gaudeant inimici, sed me confortet tua gratia, ad voluntatem Filii tui faciendam, & ad propositum meum ipsi fideliter observandum. Ad te dulcissima & serenissima Virgo MARIA, petitiones meæ, & do-

lores

lores cordis mei ascendant: ne quæso revertatur vacua ad me deprecatio mea, sed misericordia tua perveniat, & sequatur me usque in senectam, & senium, O Domina præstantissima, dignissima, mitissima, castissima, benignissima, fælicissima, pulcherrima, misericordissima Virgo MARIA, ne derelinquas me in hora mortis meæ, sed ab omni malo me tunc eripias, & perducas miseram animam meam in locum refrigerii, pacis, & quietis: ubi benedicat, & glorificet, atq; laudet IESVM Christum Filium tuum, unà cum Patre, & Spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

SALVTATIO brevis B. V. Mariæ.

AVe MARIA, Ancilla sanctæ Trinitatis humillima.

Ave Maria, Præelecta Dei Patris sanctissima.

Ave Maria, Sponsa Spiritus sancti amabilissima.

Ave

Ave Maria, Soror Angelorum pulcherrima.

Ave Maria, Mater Domini noſtri IESV Chriſti digniſſima.

Ave Maria, Promiſſio Prophetarum deſideratiſſima.

Ave Maria, Regina Patriarcharũ glorioſiſſima.

Ave Maria, Magiſtra Evangeliſtarum veraciſſima.

Ave Maria, Doctrix Apoſtolorũ prudentiſſima.

Ave Maria, conforcatrix Martyrum validiſſima.

Ave Maria, fons & plenitudo Confeſſorum ſuaviſſima.

Ave Maria, decus & corona Virginũ jucundiſſima.

Ave Maria, ſalus & conſolatrix vivorum, & mortuorum promptiſſima. Mecum ſis in omnibus tentationibus, tribulationibus, neceſſitatibus, anguſtiis, & infirmitatibus meis, & maximè in hora

mortis

mortis meæ non desis mihi, & impetra mihi omnium peccatorum meorum veniam, & cælestis patriæ gloriam, Amen.

AVe sanctissima MARIA, Mater Dei, Regina cæli, porta Paradysi, Domina mundi, Tu es singularis Virgo pura. Tu concepisti IESVM sine peccato. Tu peperisti Creatorem, & Salvatorem mundi, Ora pro nobis IESVM, dilectum Filium tuũ, ut liberet nos ab omnibus malis. A.

ORATIO.

O Domina nostra, mediatrix nostra, Advocata nostra, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos repræsenta. Fac ô benedicta, per gratiam, quam meruisti, per misericordiam quam peperisti; ut qui te mediante dignatus est fieri particeps infirmitatis & miseriæ nostræ, te quoque intercedente, participes, nos faciat beatitudinis & gloriæ suæ IESVS Christus Filius tuus Dominus noster, qui est super omnia DEVS benedictus in secula seculorum.

AMEN.

OFFICIVM PARVVM

De Sanctissimo Nomine IESV.

Ad Matutinum.

DOmine labia mea aperies,
Et os meum annuntiabit laudem tuam.
Deus in adjutorium meū intende.
Domine ad adjuvandū me festina
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

IESV dulcis memoria,
Dans vera cordis gaudia;
Et super mel & omnia,
Eius dulcis præsentia.

ORATIO.

DEus, qui glorioso ac mirabili Nomine dilectum Filium tu-

um IESVM Christum, Redemptorem nostrum appellare voluisti; concede propitius, ut qui ejusdẽ benedicti Salvatoris nomen celebriter veneramur in terris, ejus felici consortio perenniter perfruamur in cælis, Amen.

Ad Primam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domina ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

IESV dulcedo cordium,
Fons vivus, lumen mentium,
Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.

Oratio, *ut supra.*

Ad Tertiam.

Deus in adjutorium meum &c.

Do-

Nomine IESV.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Hymnus.
IESV mi bone sentiam,
Amoris tui copiam:
Da mihi per præsentiam,
Tuam videre gloriam.
Oratio, *ut supra.*
Ad Sextam.
Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.
Sicut erat in principio, &c.
Hymnus.
IESV auctor clementiæ,
Totius spes lætitiæ,
Dulcoris fons & gratiæ,
Veræ cordis deliciæ.
Oratio, *ut supra.*

Ad Nonam.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

IESV decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar calicum.

Oratio, *ut supra.*

Ad Vesperas.

Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

IESV flos Matris Virginis,
Amor nostræ dulcedinis,
Tibi laus honor Numinis,
Regnum beatitudinis.

Oratio, *ut supra.*

Ad Completorium.

Converte nos Deus salutaris nô- (ster.
Et averte iram tuam à nobis.
Deus in adjutorium meum &c.
Domine ad adjuvandum &c.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

IESVS in pace imperat,
Quæ omnem sensum superat,
Hanc mea-mens desiderat,
Et ea frui properat.

ORATIO.

DEvs, qui glorioso ac mirabili Nomine, dilectum Filium tuum IESVM Christum, Redemptorem nostrum appellare voluisti, concede propitius, ut qui ejusdem benedicti Salvatoris Nomen cele-

celebriter veneramur in terris, ejus felici consortio perenniter perfruamur in cælis. Amen.

Commendatio ad IESVM.

DIgnare benignissime IESV, per hoc sanctissimum nomen tuū, esse mihi IESVS, & dare mihi spiritum illum tuum, quem qui non habent, non sunt tui. Insere quæso cordi meo, hoc amabile nomē tuum, ut ejus dulcedine pascar, ejusque amore ita ardeam, ut moriar in te IESV mi dulcissime, IESV mi suavissime, IESV mi dilectissime, invocato semper hoc jucundissimo, hoc mellifluo, hoc salutifero nomine tuo, IESV IESV, IESV.

LITANIÆ
DE NOMINE IESV.

KYrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cælis DEVS, Miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, mi.
Spiritus ſancte Deus, mi.
Sancta Trinitas unus Deus, mi,
IESU Fili Dei vivi,
Ieſu potentiſſime,
Ieſu fortiſſime,
Ieſu perfectiſſime,
Ieſu glorioſiſſime,
Ieſu mirifice,
Ieſu jucundiſſime,
Miſerere nobis.

Ieſu chariſſime,
Ieſu clarior Sole,
Ieſu pulchrior Lunâ,
Ieſu ſplendidior ſtellis,
Ieſu admirabilis,
Ieſu delectabilis,
Ieſu honorabilis,
Ieſu humillime,
Ieſu pauperrime,
Ieſu mitiſſime,
Ieſu patientiſſime,
Ieſu obedientiſſime,
Ieſu caſtiſſime,
Ieſu amator caſtitatis,
Ieſu amator pacis,
Ieſu amator noſter,
Ieſu ſpeculum vitæ,
Ieſu exemplar virtutum,
Ieſu decus morum,

Miſerere nobis.

Miſerete nodis.

Ieſu zelator animarum,
Ieſu refugium noſtrum,
Ieſu pater pauperum,
Ieſu conſolator afflictorum,
Ieſu theſaurus fidelium,
Ieſu gemma pretioſa,
Ieſu armarium perfectionis,
Ieſu bone paſtor ovium,
Ieſu ſtella maris,

Miſerere nobis.

Ieſu lux vera,
Ieſu ſapientia æterna,
Ieſu bonitas infinita,
Ieſu gaudium Angelorum,
Ieſu Rex Patriarcharum,
Ieſu inſpirator Prophetarum,
Ieſu Magiſter Apoſtolorum,
Ieſu Doctor Evangeliſtarum,
Ieſu fortitudo Martyrum,
Ieſu lumen Confeſſorum,

Miſerere nobis.

Iesu sponse Virginum, misi.
Iesu corona SS. omnium, misi.
Propitius esto, Parce nobis Iesu.
Propitius esto, Exaudi nos Iesu.
Ab omni malo, Libera nos Iesu.
Ab omni peccato, Libera nos.
Ab ira tua, libera nos Iesu.
A subitanea & improvisa morte, libera nos Iesu.
A morte perpetua, libera nos.
Ab insidiis diaboli. libera nos.
A peste, fame, & bello, libera.
A transgressione mandatorum tuorum, libera nos Iesu.
Ab incursu omnium malorum, li.
Per Incarnationem tuam, libera.
Per Adventum tuum, libera.
Per Nativitatem tuam, libera.
Per Circumcisionem tuam, lib.

Per dolores tuos, libera.
Per flagella tua, libera.
Per mortem tuam,
Per Resurrectionem tuam,
Per Ascensionem tuam,
Per gaudia tua,
Per gloriam tuam,
Per dulcissimam Virginem Matrem tuam.
Per intercessionem omnium Sanctorum tuorum,

Libera nos Iesu.

Agnus Dei, qui tollis &c. mundi, Parce nobis Iesu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Iesu.
Agnus Dei, qui tollis peccata
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison.

Pater noſter. *ſecretò.*
Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos à malo.
Sit nomen Domini benedictum.
Ex hoc nunc, & uſq; in ſæculum.
Non nobis Domine, non nobis.
Sed nomini tuo da gloriam.
Exſurge Domine, adjuva nos.
Et libera nos propter nomen tuũ
Domine exaudi orationẽ meam.
Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

DEvs, qui glorioſiſſimum nomen IESV Chriſti Filii tui, Domini noſtri feciſti fidelibus tuis ſummò ſuavitatis affectu amabile, & malignis ſpiritibus tremendum atq; terribile: concede propitius, ut qui hoc nomen IESV devotè vene-

venerantur in terris, ſanctæ conſolationis dulcedinem in præſenti participant, & in futuro gaudium exultationis & interminabilis beatitudinis obtineant in cælis, Per eundem Dominum noſtrum IESVM Chriſtum Filium tuum, qui tecum &c.

Alia oratio ad IESVM.

O Bone IESV, ó piiſſime IESV, ô dulciſſime IESU, ô IESU fili Mariæ Virginis, plene miſericordia & pietate: ô dulcis IESU, ſecundũ magnam miſericordiam tuã miſerere mei. O clementiſſime IESŨ, te deprecor per illum ſanguinem pretioſum, quem pro peccatoribus effundere voluiſti, ut abluas omnes iniquitates meas, & in me

respicias miserum & indignum, humiliter veniam petentem, & hoc nomen sanctū Iesu invocantem. O nomen Iesu, nomen dulce: nomen Iesu, nomen delectabile: nomen Iesu, nomen confortans. Quid est enim Iesus, nisi Salvator? Ergo Iesu, propter nomen sanctum tuum esto mihi Iesus, & salva me: ne permittas me damnari, quem tu de nihilo creasti. O bone Iesu, ne perdat me iniquitas mea, quem fecit omnipotens bonitas tua. O benignissime Iesu, miserere mei, dum tempus est miserendi; ne damnes me in tempore judicandi. Quæ enim utilitas in sanguine tuo, dum descendero in æternam corruptionem?

nem? Non mortui laudabunt te Domine Iesu, neq; omnes qui descendunt in infernum. O amantissime Iesu, ô desideratissime Iesu, ô mitissime Iesu: ô Iesu, Iesu, Iesu, admitte me intrare in numerum electorum tuorum. O Iesu, salus in te credentium; O Iesu, solatium ad te confugientium. O Iesu dulcis remissio omnium peccatorum. O Iesu fili Mariæ Virginis, infunde in me gratiam, sapientiam, charitatem, castitatem, & humilitatem: ut possim te perfectè diligere, te laudare, te perfrui, tibi servire, & in te gloriari, & omnes, qui invocant nomen tuum, quod est IESVS, Amen.

DOmine IESV Christe, verus DEVS & Homo, Creator & Redemptor meus;

Quoniam tu is es, qui es, & quia amo te supra omnia.

Pœnitet me ex toto corde, quòd te offenderim.

Et propono firmiter, nunquã amplius peccare, & omnes peccandi occasiones devitare, confiteri & implere pœnitentiam, quæ mihi injuncta fuerit.

Condono simul amore tui, ex corde omnes offensas, quibus læsus fortè sum, à quovis proximorum meorum, & si quid quispiam habeat contra me, unde jure coram te queratur, propono ex animo me proximâ occasione ipsi satis facturum.

Omnia denique opera mea & afflictiones, ac totam vitam tibi offero in satisfactionem meorum peccatorum.

Quemadmodum suppliciter à te peto: sic confido in bonitate tua, & misericordia infinita, quòd ea, meritis tuae pretiosae passionis & mortis, mihi remissurus, & gratiam largiturus sis, ad me emendandum, & ad perseverandum, usque ad mortem,

Amen.

Deus propitius esto mihi peccatori.

Actus Intentionis manè usurpandus.

MUnificentissime DEUS, cujus beneficentiae parem ut referā gratiam, si me millies intra ho-

ram dedero, non invenio; nihilominus remanebo infinitis modis tibi obstrictus, offero Divinæ Majestati tuæ ad laudem & gloriam Sanctissimi Nominis tui: in honorem Sanctissimæ Virginis MARIÆ, & memoriā N. in gratiarum actionem pro innumeris beneficiis tuis; in satisfactionem pro peccatis meis, ac gratiam tuā impetrandam; tum ut juvem animas tam in peccato, quam in purgatorio existentes, omnia & singula, quæ hac die cogitaturus, dicturus, facturus, & te permittente passurus sum, quæ tum pro tua bonitate infinita, tum mortis, vitæ, Passionis Domini nostri IESU Christi, Sacratissimæ Matris

ejus,

ejus, & beatorum Sanctorum tuorum, totiusq; Ecclesiæ tuæ meritis in odorem suavitatis admittere digneris.

Oratio ad S. Angelum custodẽ.

OBsecro te Angelice Spiritus custos ac tutor meus fidelis ut in via pacis, prosperitatis & salutis te duce hodie dirigar, atq; ab õni spiritu malo, graviq; tentatione defendar. Te favente præsidium mihi dari peto, ut secundùm Dei voluntatem vitia fugiam, & virtutes Christianas exerceam, quo, ad nostrûm communi Domino in cœlesti Patria, assistam ac serviam, Amen.

Ad S. Patronum Menstruum.

DEus tuorum gloria Sanctorum, præsta quæso, intercessione

Sancti tui N Patroni mei, liberer à cunctis malis, animæ & corporis, ac eodem duce & comite securior ad vitam perveniam sempiternam. Amen

Actus Contritionis

DEus meus, & misericordia mea, ego verè contritus; flecto genua cordis mei, summòq; cum dolore animi humiliter me accuso, & coram Divina Majestate tua meam culpam agnosco, confitendo omnia peccata mea, & omnes abominationes cõmissas, toto tempore vitæ meæ; in superbia, avaritia, luxuria, invidia, gula, ira, acèdia, & in vitiis omnibus, quæ ab istis promanant: quia proh dolor nimis inclinatus, & effu-

& effusus fui in omnia, Cujus me summoperè pœnitet, ac doleo peccasse, non amore præmii justis promissi, quo dignus non sum, neq; timore suppliciorum peccatoribus infligendorum, quibus undequaque sum dignissimus: sed ideò tantũ quia offendi te. DEUS meus, qui ex te ipso summè es bonus, & adorandus; imò ipsa charitas, ipsa Majestas.

Et propter magnum amorem, quem tibi debeo, quemq; erga te gero, Domine, odi, detestor, abominor peccatum, amorem proprium, inordinatum amorẽ creaturarum, & omne illud, quod me potest impedire, quo minus tibi appropinquẽ & sancto tuo amori.

Actus Contritionis.

Quidquid peccavi corpore, anima, cogitatione, verbo & opere, sive ex fragilitate, sive ex ignorantia, sive ex malitia, contra te, Devs meus, contra proximum, & me ipsum, quocunque modo, toto corde, toto affectu quo possum, dico meam culpam, meam maximam culpam; pœnitet me peccasse, ac doleo, quòd hac hora nõ sentiam tantum odium peccati, neque habeam tantum dolorem, & tantam detestationem præteritorum, neque tam firmum propositum cavendi futura peccata, quantum vellem & deberem habere, ut respondeat meis tantis abominationibus.

Ideò te precor Devs meus, acce-

cepta

cepta illud odium infinitum, quo tu, odio detestaris, in supplemẽtum ejus, quod ego habere deberem, & in vicem doloris, quo careo, offero tibi misericordissime æterne Pater, dolores IESV Christi Filii tui & Redemptoris mei, simul & sacrificium immaculatæ vitæ ejus, & sanctum fervorem ac zelum, qui illum adduxit ad ignominiosissimam & acerbissimã mortem, ut peccatũ destrueret.

Ah IESV, mi clementissime, abyssus miserationum, ad pedes misericordiarum tuarum me prosterno, obsecrans te per charitatem illam, quæ de cælo te traxit in uterum Virginis, velis mihi applicare merita amarissimæ tuæ

Passionis & pretiosissimi sanguinis, quem pro peccatoribus, quorum ego maximus sum, effudisti: & ita supplere omnes meos defectus, & ignoscere mihi omnia vitia, peccata, negligentias, ingratitudines. Largire, quæso, ut omnia ista in posterum longè à me fiant & quamvis ego natura non possum esse impeccabilis, saltem ô Bonitas infinita, fac mihi hanc gratiam, ne unquam mortaliter peccem. Sanè hoc est, quod etiā tu ipsa vita, desideras, petis, & mandas: dā quod jubes, & jube quod vis. Deinde fac, Domine, ut loco supradictorum vitiorum, in me imprimantur omnis generis sanctæ virtutes; quod totum cedat

cedat tibi in gloriam, gratiarum actionem, nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum, Amen.

ORATIO ante ſtudia.

CReator ineffabilis, qui de theſauris ſapientiæ tuæ, tres Angelorum hierarchias annotaſti, & eas ſupra cælum Empyreũ miro ordine collocaſti, atque elegantiſſime per partes univerſi diſtribuiſti. Tu inquam qui verus fons luminis & ſapientiæ, atq; ſupereminens principium diceris: infundere digneris ſuper intellectus mei tenebras, tuæ radium claritatis: duplices, in quibus natus ſum, à me removens tenebras, peccatum ſcilicet & ignorantium; Qui linguas infantium facis
 eſſe

esse disertas, linguam meam erudias, atq; in labiis meis gratiam tuæ benedictionis infundas. Da mihi intelligendi acumen, retinendi capacitatem, interpretandi subtilitatem, addiscendi facilitatem, loquendi gratiam copiosam: ingressum instruas, progressum compleas. Per Dominnm nostrum. Amen.

EXAMEN Conscientiæ

I. Gratiarum Actio.

Benedicta sit sancta Trinitas atq; indivisa Vnitas, Confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Adoro, benedico, glorifico te Domine Deus meus, propter infinitam

finitam gloriam tuam. Gratiasq; tibi ago Domine Sancte Pater, Per Filium tuum in Spiritu S. pro universis beneficiis tuis mihi indignissimo, & omnibus creaturis à te collatis, præsertim quòd me ad imaginem tuam creaveris, Angelicâ custodia, & Beatissimæ Virginis, Sanctorumq; tuorum patrocinio muniveris: ad Ecclesiam tuam S. vocaveris. Idoneos instructores: cæteraq; vitæ & salutis subsidia provideris: peccantem me hucusq; toleraveris, inter casus & pericula incolumem conservaveris, usq; ad hanc horam: pro his ac innumerabilibus aliis beneficiis confiteantur tibi Domine omnia opera tua, & Sā-

ćti tui benedicant tibi. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.

II. Petitio luminis.

Emitte lucem tuam & veritatem tuam Domine, quâ illustratus videre possim omnia peccata mea, quibus divinam Majestatẽ tuam offendi, illaque detestari, & dignè deflere, & corrigere valeã.

III. Discute Conscientiam.

COGITATIONES.

An fuerint otiosæ, vanæ, superbæ, impuræ, gulosæ, acediosæ, temerariæ, fraudulentæ, timidæ, frustra sollicitæ, murmurativæ, inconstantes in bono, réspectus & rationes humanas attendentes.

VERBA.

An fuerint superba, mordacia, inverecunda, irata, detractoria, contumeliosa, mendacia, ambigua, simulata, adulatoria, affectata, ironica, otiosa, vana.

OPERA.

An fuerint sine recta intentione facta, in gratiam tantùm hominum, contra præcepta Dei, Ecclesiæ, Superiorum. Contra officium proprium, cum scandalo, cum remorsu conscientiæ, cū offensa proximi lædendo, defraudando, non restituendo bonum, famam, &c.

IV. Dolorem exprime de peccatis.

Domine Deus meus, quoniam tu es suprema bonitas, & quia a-

mo te super omnia, doleo ex intimo corde meo; quod te his & aliis innumerabilibus peccatis meis aliquando offenderim.

Alium Actum Doloris vide supra. Post Examen dic Psal: pro defunctis.

De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ,

Si iniquitates observaveris Domine Domine quis sustinebit ?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

Quia

Quia apud Dominum miseri-cordia: & copiosa apud eum re-demptio.

Et ipse redimet Israel ex omni-bus iniquitatibus ejus.

Requiē æternā dona eis Domine
Et lux perpetua luceat eis.

Hymnus S. Ambrosii.

Te lucis ante terminum,
Rerum creator poscimus
Vt solita clementia,
Sis præsul ad custodiam.
Procul recedant somnia,
Et noctium phantasmata:
Hostemq; nostrum comprime,
Ne polluantur corpora.
Præsta Pater omnipotens,
Per IESVM Christum Dominū

Qui

Qui tecum in perpetuum,
Regnat cum S. Spiritu. Amen.

Custodi nos Domine ut pupillam oculi.
Sub umbra alarum tuarum protege nos.

ORATIO.

Ante Confessionem.

DOmine IESU Christe animarū nostrarum amator ardentissime, qui præ nimia charitate tua, non vis mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat; doleo ex intimo corde meo, quod te Deum meum atq; benignissimum Redemptorem, cui omnia peccata displicent, offenderim, qui me usq; adeo dilexisti, ut pro me servo vilissimo sanguinem tuum pretiosum fundere, & mortem acerbissimam subire dignatus sis. O bonitas infinita Deus meus, utinam te nunquam offendissem, quia infinite bonus es, & super omnia cordis mei desiderabilia amabilis. Ignosce, bone IESV misericordiam petenti. Miserere peccatoris, pro

quo

quo apud Patrem tuum vox ſanguinis tui interpellat. Ignoſco etiam amore tui mi ſuaviſſime Ieſu, omnibus qui me unquam offenderunt, firmiterq; ſtatuo univerſa deinceps peccata fugere, & ea quæ contra immenſam bonitatem tuam commiſi, in amaritudine animæ meæ confiteri, ac te Deus meus, propter temetipſum ſuper omnia in æternum amare.

ORATIO.

Ante Communionem.

O Dulciſſime atq; amantiſſime Domine, quem nunc devotè deſidero ſuſcipere, tu ſcis infirmitatem meam & neceſſitatem quam patior; in quantis malis & vitiis jaceo, quam ſæpe ſum gravatus, tentatus, turbatus, & inquinatus: *Pro* remedio ad te venio, pro conſolatione & ſublevamine te deprecor. Ad omnia ſcientem loquor, cui manifeſta ſunt omnia interiora mea, & qui ſolus potes me perfectè conſolari & adjuvare. Tu ſcis, quibus bonis indigeo præ omnibus & quam

pauper

pauper sum in virtutibus. Ecce sto ante te pauper & nudus gratiam postulans & misericordiam implorans. Refice esurientẽ mendicum tuum, accende frigiditatem meam igne amoris tui. Illumina cæcitatem meam claritate præsentiæ tuæ. Verte mihi omnia terrena in amaritudinem, omnia gravia & contraria in patientiam, omnia infima & creata in contemptum & oblivionem. Erige cor meum ad te in cælum, & ne dimittas me vagari super terram. Tu solus mihi ex hoc jam dulcescas usq; in sæculum, quia tu solus cibus & potus meus, amor meus & gaudiũ meum, dulcedo mea & totum bonum meum. Vtinam me totaliter ex tua præsentia accendas, comburas, & in te transmutes, ut unus tecum efficiar spiritus, per gratiam internæ unionis & liquefactionem ardentis amoris. Ne patiaris me jejunũ & aridum à te recedere sed operare mecum misericorditer, sicut sæpius operatus es cum Sanctis tuis mirabiliter. Quid

mirum, si totus in te ignoscerem, & in me ipso deficerem, quum tu sis ignis semper ardens & nunquam deficiens: amor corda purificans.

ORATIO.
SANCTI IGNATII.

SVscipe Domine, universam libertatem meam, accipe memoriam, intellectum atq; voluntatem omnem. Quidquid habeo, vel possideo, mihi largitus es: id tibi totum offero ac tuæ prorsus voluntati trado gubernandum. Amorem, quæso tui solum, cum gratia tua mihi dones, & dives sum satis nec aliud quidquid ultra posco.

II. Ejusdem.

ANima Christi sanctifica me, Corpus Christi salva me. Sanguis Christi inebria me. Passio Christi conforta me. O bone Iesu exaudi me, intra vulnera tua absconde me, & ne permittas me separari à te, ab hoste maligno defende me & in hora mortis meæ voca me, & jube me

venire

venire ad te, ut cum Sanctis tuis laudem te, & in æternum fruar te.

Clemens VIII. concessit ut toties liberes animam ex purgatorio, quoties ad honorem S. SINDONIS IESV Christi, *leges sequentem Orationem.*

ORATIO.

O DEVS, qui nobis in sancta SINDONE, quâ Corpus tuum Sacratissimum de cruce depositum, à *Ioseph* involutum fuit, *Passionis* tuæ vestigia reliquisti; concede propitius, ut per mortem & sepulturam tuam ad resurrectionis gloriam perducamur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, in unitate *Spiritus* Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum Amen.